dinibz moratur oculus meus. Libera
me domine et pone me iuxta te et cuius
vis manus pugnet contra me. Dies
mei transierunt cogitacioēs mee dissi
pate sunt torquentes cor meum. Noctē
verterunt in diem et rursum post tene
bras spero lucem. Si sustinuero īfernus
domus mea est et in tenebris stravi
lectulum meum. Putredini dixi. Pat
meus es mater mea et soror mea ver
mibz. Ubi est ergo nunc prestolacio
mea et paciencia mea. Tu es enim dn̄e
deus meus. R. Domine non secundū
actum meum noli me iudicare nichil di
gnum in conspectu tuo egi. Ideo deprecor
maiestatem tuam ut tu deus deleas ini
quitatem meam. V. Quoniam iniquitatē
meam ego agnosco et delictum meū corā
me est semper tibi soli peccavi. Ideo dep
cor maiestatem tuam ut tu deus deleas
iniquitatem meam. Lectio octava.

